

DE CALCVLIS

Matthias Cornax, Cæsareæ maiestatis medicus Viennæ, D. Wolfgangus Meurerus philosophiæ & medicinæ professor in Academia Lipsensi, vir pietate & doctrina singulari, & artis Medicæ peritissimus, tunc temporis omnes artium & philosophiæ Magistri. Non multò post idem D. Iohannes Pfeil Lipsia in aulam accitus fuit à duce Saxoniæ Mauritio, cuius corporis curam egit, donec anno 1544. Lipsiæ calculi doloribus confectus è vita discessit.

CALCVLI IN TON- *fillis faucium.*

II.

VT mirum est atq; rarum in cerebro humano lapides nasci: ita non minus fortasse admirationis habebit, quod in tonsillis, siue faucium glandulis (quas à similitudine Amygdalas dicimus, quarum munus est hu-